

~~H. ii.~~

EX BIBLIOTH.

NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

II
5.

SIGNAT. MDCCCXIII.



Q. D. B. V.
SUSPIRIA VOTIVA,
ALLUSIVIS ADUMBRATA EPIGRAMMATIS,
Quibus,
MAGNIFICO
ACADEMIÆ WITTENBERGENSIS
RECTORI
PHILIPPO LUDOVICO
HANNEKENIO,
DOCTORI THEOLOGO ΤΕΤΡΑΓΩΝΩΙ,
Ceterisque
OMNIUM ORDINUM
PROCERIBUS,
Post tot
VULNERA ECCLESIAE,
CLADES POLITIAE,
CALAMITATESQUE OECONOMIAE,
Quem
In JESU auspiciamur NOMINE
ANNUM
Supra Millesimum Sexcentissimum, Nonagesi-
imum Quintum,
SALUTAREM,
TRANQVILLUM,
Supernaque CORONATUM
BENEDICTIONE,
Pia & Officiosa
M. GEORGII MICHAELIS KASSAI, Hungari,
S. S. Theologiae C.
MUSA,
ex animo precatu.

WITTENBERGÆ, PRELO SCHULTZIANO, Acad. Typogr.



I. N. F.



Cro ruunt Anni, PATRUM CONSCRIPTA CORONA,
Ex quo, quam capiti, texere tela jacet.
Prolixam si forte moram queras, erit isthæc:
Res angusta domi, funera, miles atrox.
Carmina nam factus mentis sunt culta serena,
Quæ animus nunquam turbidus aptus erit.
Demtò unò, melior mea fors licet haut sit, at ultra
Vix mihi concedet ne ctere Parca moras.
En tot florentes juvenesque Virosque, repente
Ereptos, luget Leucoris Alma, sibi.
Hinc animum gratum vivis, pariterq; beatis
Iestabor, donec vita superstes erit.
Haut inculta meum turbant modulamina pectus,
Num pullata putas Musa nitore micat?
Non molles ledant aures Lectoris, hiulca
Carmina, conatum Consule queso boni.
I*mprimis OBITUM Magnorum plango Virorum,*
Aurea qui docti fulcra fuere Chori.
Ex his quos oculis spectabam, quattuor ante
Lustra, supersunt nunc sex modò cerne Patres.
SENNERTUS, *Sidus fulgens Orientis in oris,*
Germanæ fidei, gloria magna Σοφῶν:
Grandævusq; Senex, Senior Venerandus, ad astra,
Mente bonâ migrat, cum Simeone pio.
Interpres sequitur Nature hunc ZIEGRA peritus,
Theologus Celebris, ceu monumenta docent.
Ontologus, nuper superas concessit ad aulas,
DONATI: *donum nam fuit ille Poli.*
WALTHERUS *Ptolomæi, NEUMANNUSque Maronis*
Vindex: Lutheri pulpita Sacra subit.
Istis successere viri splendore decori:
Quos Numen salvos fervet in orbe diu.
Nunc oculos vertens ad castra corusca Galeni,
Heu per vim mortis diruta tota jacent!
Hostibus horrendus multis, metuat quoque multos:
Impugnans sentit Spicula dira necis.
THILE *Tibi, LOSSI, successit clarus in arte,*
Cujus erat WENDLER junctus amore Patri.
Nectamen hic validis longum vim subinet hostis,
BERGERO *defert munia, celsa petens.*
STRAUCHIUS *insignis pietate, modestus, & omnis*
Fastus hostis, adit regna superna DEI.
FRANCUS *at Illustris, toto celebratus in orbe,*
Adventu grato damna priora levat.
SENNERTI, *Magni Danielis, in arte secundi,*
Nati, sunt lacrimis busta riganda piis.
Non hic ampullas, non sesquipedalia verba
Jaçtabat, fides facta sigilla dabant.
Excipit hunc fortunatus VATERUS, abunde
Nature dotes qui Chymiamq; tenet.
Ad Sacræ Themidos jam me converto Senatam,
Heu quàm pullatus voce gemente sedet!
Dic ubi LEISERUS, raræ pietatis imago,
Atque sui fulgens Ordinis ipse decus!

Dic

Dic ubi ZIEGLERUS, celebrant quem Scripta per orbem:
 Dum cadit, exurgit splendida fama Viri.
 STRYKIUS hinc nostras radiis collustrat Athenas,
 Ast Hallam plenum transtulit ille iubar.
 STRAUSSIIUS inde bono ZIEGLERI pulpita celsa
 Jure tenet, Themidos Praeses, honoris apex.
 LEISERI sedes desertas HORNIUS explet:
 Occupat & SVEVUS, quæ patnere loca.
 Parca nec ignovit Verbi Doctoribus, atrox
 Ordinis evertit fulgida fulera Sacri.
 BEBELI reparat casum LOESCHERUS, & inde
 BALTHAZARIS CASPAR regia sceptrum gerit.
 Mellifluus Vindex MEISNERI MAYER, adhaustus
 Hamburgi titulis, clarus honore viget.
 Ast, qui MAYERI sedes decorabat, acutus
 WALTHERUS, subito, proh dolor, ecce ruit!
 Heu quantum peperit luctum Tibi, Leucoris Alma,
 Hic casus, pro re, dicere nemo potest.
 Theologus princeps moritur, quem luget acerbè,
 A docto pendens lugubris ore, cohors.
 O si vel lucem vidissent aurea Scripta
 WALTHERI, quantum surgeret inde lucrum.
 Ista quidem miseris suspiria serm relicta:
 Ast hos thesauros abstulit una dies.
 Spes tamen haut omnis prorsus praecisa: NEANDER
 Coepit Ducis fausto praelia Marte gerit.
 Sed novus en luctus, QVENSTEDT, quem lectio multa
 Effecit celebrem, caelica regna subit.
 Extendunt animos, quærunt hinc inde, beati
 QVENSTEDT, quis posset ritè subire Vices.
 Purpureus donec GIESSENÆ Phosphorus urbis,
 Leucoreos tristes irradiaret agros.
G Ratulor ergo Tibi, Patrum veneranda corona,
 Quod luxata nimis membra refecta vides.
 Firmiter hæc solidata benignus fervet Iova:
 Compactum corpus florida membra levant.

PHIL. LUDOVICUS HANNEKENIUS, Theol. D. & P.P. p.t. Acad. Rector.
 Sceptra geras felix HANN'KENI, salvus in orbe,
 Candida cui mens est, dogmata pura, vige.
 JOHANNES Deutschmann / D. Theol. P.P.
 Quem Germana fides, Virtus quem prisca coronat:
 Hunc labor assiduus sistit in arce Poli.
 CASPAR Böscher / Theol. D. P.P. & Gener. Superint.
 Quæ promissa piis, cingit benedictio mensam
 LOESCHERI: expungat tristia cuncta DEUS.
 JOH. GEORGIUS NEUMANNUS, Theol. D. & P.P.
 Multa DEUS Nova, RARA POLUS, NATURA vel ipsa
 Contulit in Te, VIR, dona stupenda, NOVE.
 D. GODOFREDUS Strauß / Facultatis Juridicæ Ordinarius.
 STRAUSSIIUS ut flagrans gratos stros spargit Odores:
 Et duros nodos digerit igne levi.
 GEORG. MICHAEL HEBER, D. Cod. P.P.
 Germanus cum sis, Heberi negligè gentem:
 Ingeniò promes musta Falerna Tuo.
 JOH. HENRICUS BERGER, D. & P.P.
 Urbs Romana favet Tibi, Septem collibus ampla:
 Hinc jus Romanum Mons tibi tutus erit.
 CASPAR HEINRICUS HORN, D. & P.P.
 Copia Te Cornu veræ firmæque salutis
 Muniat, ut ducas faustus in orbe dies.
 GODOFREDUS SVEVUS, D. & P.P.
 Ornamenta Tibi majorum gloria confert:
 Majores decoras, SVAVIS honore Themis.

GEOR-

GEORGIUS FRANCUS, de FRANCKENAU, Med. D. & P. P.
*Principibus charus Medicus: Polyhistor in orbe
Illustris: non Te Leucoris arcta capit.*

JO. GOTHOFREDUS BERGERUS, Med. D. & P. P.
*Cum montana ferant homini medicamina grata:
BERGERUS merito diceris, arte sagax.*

CHRISTIANUS VATER, Phil. & Med. D. Anat. & Bothan. P. P.
*Numinis auxilio fultus, VATERE, Paterni,
Arte Machaonia faustus in urbe viges.*

GEORG. CASP. KIRCHMAJERUS, Orat. P. P. Acad. Senior.
*Sic veluti firmus Sacra stes murus in aede:
Eloquio, Senior quam venerande, potens.*

MICHAEL Strauch / Super. Mathem. P. P.
*Non humiles frutices; meditaris at astra superna:
Hinc igitur Caeli Te Politeuma manet.*

CHRISTIANUS Köhrenssee / Phil. Pract. P. P.
*Opto tuis plenis in Te benedictio stagnans
Fundatur: Virtus muneret ipsa Ducem.*

CONR. SAMUEL SCHURTZFLEISCHUS, Histor & Gr. Lit. P. P.
*Quas perlustrasti longe lateq; patentes
Terras: Te dignis laudibus usque canent.*

THEODORUS DASSOVIUS, LL. OO. P. P.
*Sancta docens ex fundamento oracula: Donum
Numinis hinc audis, Vir pietate gravis.*

MARTINUS KNORRE, Math. Inf. P. P. h. t. Dec.
*Quamvis bella strepent: MARTI tranquillus atroci
Orbem designas, Praeses Apollo Sophum.*

JOH. BAPTISTA ROESCHELIUS, Phys. P. P.
*Natura solers arcana repandis, in omni
Arte bonus: WALTHER vel redivivus ades.*

JOH. CHRISTOPH. VVICHMANSHAUSEN, Poet. P. P.
*Oceano gustam quid ego superaddere tento?
En plenus metris es velut imber aquis.*

GEORG. FRID. SCHROEERUS, Log. & Metaph. P. P.
*Ad Dominum clamando fideliter, reportas
Candida quae cordis vota fuere pii.*


προς Φώνησις,
I. AD DEUM.

Suscipe Sancte DEUS, quae pectore fundo fideli
Vota: PATREM PATRIAE felicem protege: RUTAM
SAXONICAM ferves florentem: namque sub umbra
Hujus tranquillam concessum ducere vitam
Nobis. Successus amplos ACADEMIA sumat:
Sint salvi PATRES: JUVENUM fulgensq; Corona
Incolamus Studiis operas impendat honestis!

II. AD PATRES.

Hae pia vota Tibi, PATRUM conscripta Corona,
Fert animus gratus, devincti corde Clientis, *Ruth. II. 7. seq.*
SAXONIS in docto qui quantum tempus aristas
Colligit: & cupiens ne cui sit jure molestus,
Difficilem tacitus victum sudore parare
Conatur; quem ne limus subsannet ocellus
Afflictum: ne vel benefacta exprobrat amara
Lividus: ex patulo ne vel depellere campo *Lev. XXIII. 22.*
Tentet: prohibeas, PATRUM veneranda Corona. *Deut. XXIV. 19*
Hae tenui vidua Numen, pressosq; pupillo,
Despectosq; dedit peregrino jura legendi *Job. XXIV. 10.*
Spicas; quas si quis dirâ rapiat fame presso,
Sentiet Horrendam Supremi vindicis iram.
Quin hilari dextrâ dispergite sponte maniplos *Ruth. c. 7. 14. 15. 16.*
Plenos: quemque furens Tutanservore frequentè
Viribus exhaustit, validò recreate favore.
Sic benedictio vos, sic premia larga manebunt.







Ang II 5

17

17



ster MERCUR,
o aller Künste Spuhr
ert mit einem DRACHEN/ (†)
Schlangen pflegt zu machen/
as ich? es thuts die Statt
von hohen LINDEN hat.
rgönnen gern die Spitzen
sigen;
dem Horn mit Schall:
gefall
er B
aben
zeu
von
ie jed
imme
3/da
rhei
enen
es f
cke
M-
n E
Jug
Bel
att
eit i
bey
den f
er un
hel
e K
nit
bese
e E
en
Schl



rabo III. 4256.

Q. D. B. V.
SUSPIRIA VOTIVA,
ALLUSIVIS ADUMBRATA EPIGRAMMATIS,
Quibus,
MAGNIFICO
ACADEMIÆ WITTENBERGENSIS
RECTORI
PHILIPPO LUDOVICO
HANNEKENIO,
DOCTORI THEOLOGO ΤΕΤΡΑΓΩΝΩΙ,
Ceterisque
OMNIUM ORDINUM
PROCERIBUS,
Post tot
VULNERA ECCLESIAE,
CLADES POLITIAE,
CALAMITATESQUE OECONOMIAE,
Quem
In JESU auspiciamur NOMINE
ANNUM
*Supra Millesimum Sexcentessimum, Nonagesi-
mum Quintum,*
SALUTAREM,
TRANQVILLUM,
Supernaque CORONATUM
BENEDICTIONE,
Pia & Officiosa
M. GEORGII MICHAELIS KASSAI, Hungari,
S. S. Theologiae C.
MUSA,
ex animo precatur.

WITTENBERGÆ, PRELO SCHULTZIANO, Acad. Typogr.

